



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

In Tit. XIX. De Vsvris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

1. Clem as 20, D. eod. I. Quæ de tota D. De rei vindic.
Fraudem verò adesse oportet; nam sine affectu
furandi crimen ilud non committitur, § placuit
in iste. De obligat. quæ ex del. & proinde si quis iussu
vel permisso domini, aut etiam probabilitate sibi
persuadeat, quod dominus correctionem in-
digne non sit lacratus, ne fur erit, I. Quirvas 48, D.
eod. Deinde per hanc partem furtum distinguitur
à rapioa, quæ quia violentiam includit, alia deli-
cti species est, quamquam interdum dictiones
istæ confundantur, can. Si quid invenisti xiv. q. 5.

7. Lurandi animo facta. Nam si occultanda veri-
tatis gratia instrumenta in yito domino quispiam
contresteret, vel etiam libidinis aut oblectamenti
causa rem aliam occultet, quamvis simile deli-
ctum, propriè tamen furtum non committit, I.
Quirabulas 27, D. eod.

8. Sunt qui addunt descriptioni, Legenaturali pro-
hibitus; non tamen tam necessariò quam exposi-
tionis causa, eo quod lex naturæ dicit ab aliis
esse abstinentiam, utque alteri non facias, quod
tibi non vis fieri. Et idcirco mirum non est, si
furtum tam muli modis puniatur: nam in pri-
mis jure civili, si criminalis sit actio, & furtum
enorme seu qualificatum, ultimo supplicio puni-
tur. Quod quamquam durum sit, nempe pro re-
bus fortuæ caducis vitam dare, more gentium
tamen ubique receptum est, propter criminalis

qualitatem, quod si severè non puniatur sua fre-
quentia penitus everret rem publicam Covar. lib.
2. Variar. resolut c. 9, num. 7, Deinde ex civilis, sal-
va semper rei vindicacione & conditione furti-
va, pœna quadruplici constituit, si fur sit manife-
stus, id est, ita in delicto deprehensus, ut jam in-
ficias sit non possit; dupli verò, si non sit mani-
festus, I. Quod ergo 12, § fin. D. De his qui not. infamia.
Ius autem Pontificium laicos reliquens laicis
puniendos, c. 1 h. tit. si contingat Clericum esse
furem, pœna depositionis illum, punit. & tandem
excommunicatum, si corrigi non possit, ad Judi-
cium etiam laicum, ut reprimatur, remittit, cap.
Clem non ab homine sup. De judic. Parlanc & Eccle-
siasticorum & laicorum conditio in eo versatur,
quod præter quam in utroque foro teneantur ad
restitucionem saluti necessariam, c. Peccatum De R.
1. lib. 6, uterque etiam post prærias admonitiones,
ut furtum reveletur, & res desperata seu surrep-
ta reddatur, publicè excommunicetur, id que cer-
to modo, qui nos solùm autores furti, sed etiam
conscios & consułtores involvit, sicut videtur li-
cer in c. 1, in Extravag communib. h. t. & in Quamvis
Concil. Trid 25, Sess. de reform. ubi tamen admonet
textus, ne quis temerè ac levi de causa, excom-
municatione (quam vocant nervum Ecclesiasti-
cæ disciplina) utatur.

IN TIT. XIX. DE VSURIS.

Canis. d. lib. III. tit. 21.

SUMMARIUM.

1. Vitii huius & delicti enormitas.
2. Vjura quid?
3. Alia est Mentalis, alia Realis.
4. Lucrum in quo consistat.
5. Vjura quomodo circa pignora committatur.
6. Lucrum verum esse oportet.
7. Ob iustius interesse vel damni emergentis vel lucrum
cessante amplius peti potest.
8. Vjura propriæ dicta consenserit in vero mutuo, non etiam
paliata.
9. Lucrum ex mutuo saltē secundariò sperare licet.
10. Vjura iure dicino & naturali prohibita.
11. Non est iam redditus annui.
12. Frustra suenerat vixium hoc regere aut excusare
sufficit.
13. Pene usurariorum.

Ex eodem fonte, id est, radice cupiditatis, §
promanat usura, in bonis exteris graviter
lædens proximum. Quod vitium quam sit
enorme, non solum veteris & Novi Testamenti
comprobata auctoritas, sed etiam gentilium scrip-
torum testimonia. Nam in primis Aristophanes
in Nubib. usuram esse afferit feram quandam be-
ficiam, quæ per mensem & per diem, sensim laben-
te tempore, argentum seu pecuniam semper ge-
nerat. Aristot. lib. 4, Ethic cap 2, eamdem dicit
esse turpem quæstum ac turpe lucrum. Sed &
Cicer. lib. 2, de Offic. afferit, quod dare pecuniam
ad usuram nihil aliud sit quam hominem occide-
re. Quinid Marcus Cato scribens de Republi-
ca fœneratorem seu danistam buribus pejorem es-
se contendit, ac severius puniendum; hoc suo te-
stimonio, ut & præcedentes, satis superque insu-
mans, quod usurpa contrarietur naturæ, utpote
qæ

Tet 3

quæ se statutum lucrum ex re sterili, id est, ex pecunia, cuius usus consistit in abusu. Sed ut vitium hoc, quod per anfractus suos latè extenditur, commodius innoteat, vulgarem ipsius descriptionem obiter explicabimus.

2. Ac primò quidem sciendum, quod Usura (quæ nihil aliud primævæ significacione denotat, quam usum cuiusque rei, juxta illud Cicer. *Cur usuram lucis tam diuina nam dedit?*, id est, usum virtutæ) paucim apud scriptores accipiatur, idque non raro, pro re seu pretio & estimatione per usuram partis; sicut & furtum subinde pro re furtiva, ac similia abstracta non pro ipsa opera seu actione, sed pro ipso opere, id est, sine seu fructu actionis accipiuntur. Et ratione sic definitur, quod usura sit quicquid ex facto vel ipso precedenti ultra sortem accipiatur. Sed magis ad institutum facit illorum descriptio, qui usuram, quatenus sonat vitium, ac delicti speciem constituit, sic definitur: *Usura est voluntas studiosa capiendi aliquid lucri corporalis ex causam mutui.* Addunt quidam principaliter, & lege naturali prohibita.

3. *Voluntas*, sive expressa sive tacita; ut sensus sit, Usura est actus voluntatis, sive interim interior ille sit ac delitescat, sive externo iudicio actuque sese prodat. Sicut enim Simonia, quæ & ipsa studiosa est voluntas, quædam dicitur esse mentalis, quædam verò realis, sive usura. Ideoque non solum hoc virtio contaminatur, qui pro multo lucrum expressè pacificetur, sed etiam ille, qui sive omni peccato aut actu exteriori, sive tamen lucrum accipiendo, dat mutuum; ita nimurum in animo constitutus, ut, si sciret se præter sortem nihil accepturum, mutuum daturus non fuisset, cap. *Consuluitio, b. tit.* ubi sub finem disertè deciditur, quod & talis fœnator in anima iudicio cogendus sit ad restitutionem, tamquam siluro, quamvis sine pasto, sed quod serio & principaliter sperabat, accepto, mentalis usura jam translat in oppositam speciem. An verò res similiter sese habeat in simonia mentali disputat Navar. in *Enchirid. cap. 23, num. 102.*

Studio, id est, deliberata, ut diximus; nam cum usura & simonia sint vitia animæ mortifera, neutrum ex parvis initis est astimandum.

4. *Aliquid lucri*; sive illud aliquid sit pecunia, sive alia res seu species, ut vinum & frumentum, cuius usus consistit in consumptione, & quam ipse mutuans à mutuariis exspectat: veluti si pro multo pignus accipiat, sed cù conditione, ut, quamdiu pecunia non redditur, fructum ipsius pignoris

suum faciat. † Proinde eo casu, si quis fatus esset, velit, fructus è pignore perceptos in sortem seu sortis diminutionem computare debet, hoc est, v.g. si mutuò accepit centum, & ex fructu pignoris viginti, jam non nisi lxxx. ulterius reperire potest, cap. 1, & 2, b. tit. Aded ut, si mortuæ temporis è fructu percipiat centum, jam pignus, ut ait, luet seipsum, hoc est mutuarius, cæteris partibus, recipiet, nullo numerato pretio. Quia in re licet male, ut posterius patebit, à sacris Canonibus discrepet Jus civile antiquum, utpote quod permittit ut quis pro multuo vicissim recipiat fructum pignoris, tamquam si reciprocus ille usus, quo tu uteris pecunia mea, ego re tua, l. Si pecuniam D. De pignorat, aet. l. Sive lege C. De usur. & quem Græcæ vocant, antichresis, vel sub eos saltem prætextu sit licitus, quod & interti sunt pignoris proventus, & mea pecunia fortassis plus fuisset lucratura, si nimis honestæ negotiationi eam applicuisse.

Lucri; id est, quæstus seu compendii, quod damno opponitur. Debet autem verum hic lucrum intervenire, quia si ultra sortem petatur aliquid, non ut lucrum, sed ut debitum, vel quasi debitum, per modum compensationis, cessabit usura. Quid enim si quis justum bellum secutus, ab hoste rebelli, cui Princeps omnia bona posset auferre, aliquid amplius recipiat, juxta illud Pont. in can. *Aboe xiv. queſ. 3, ubi ius belli, ubi ius usura?* quid si ex justo titulo bonæ venditionis mihi debeas centum, & ego dem mutuum, ut ut mihi satisfacias? † quid etiam, si ob justum, ut vocant, interesse vel damni emergentis, vel lucri cessantis amplius petatur? Pone casum: petis à me pecuniam mutuam, quapropter damno ædes ruinosa refecissem, vel in tempore emendo frumentum, honestum quæstum facere potuisse: eo casu si quid præter sortem exigatur, non ut lucrum exigitur, sed ut compensatio seu retrubio damni verisimiliter emergentis, aut lucri, quo mutuans carere debet, domini benefici. Hac ratione Pontifex in c. *Salubriter 16, b. tit.* dicit, quod maritus, cui dos erat promissa, sed non soluta, si pro dotis securitate pignus accepit, tutæ conscientia possit fructum retinere, etiam non computando illum in sortem: idque tamquam justum interesse, quippe qui defectu dotis non soluta pro oneribus matrimonij patrimonium sortè suum consumere debuit, aut sub usuris licitus & ab Ecclesia approbatis seu annuis redditibus pecuniam querere. Ut non dicamus, quod ex do-

tali pecunia, si tempestivè numerata fuisset, manitus industrius lucrum, quod nunc cessat, facere potuisset. Videatur Covarr. lib. 3, Var. Reolut. cap. 1, num. 3. Eadem ratione & dominus excusat, quiratione mutui feendum accepit in pignus a vasallo, non computando fructus ejusdem in sortem; quasi tanti iuraret, quod interea temporis vasallus non praestet ministerium fidelitatis pretio estimabile, cap. 1, sup. De feudis. Similiter & illi excusat, qui rem suam, quam adhuc forre vendere non cupiunt, majoris vendunt, sed dilata solutione in illud tempus, quo verisimile est, quod plus valebit, cap. In civitate 6, cap. Naviganti fin. in fine h. tit. Illi quoque, qui perculam fortis & onus transvehenda pecunia per modum, ut locum, cambii in se suscipiunt. Et quamvis d. cap fin. h. tit. videatur nauticum fœnus simpliciter rejicere, quod ramen ille textus respiciat ad illum casum, quando non subest verisimile maris periculum, explicat Covarr. d. loco c. 2, Denique & plures alii sunt casus, qui primâ fronte videntur esse vitiosi, sed in recessu, si adhibetur haec distinctione lucri & non lucri, carebunt anni vitio. Verum sedulè id semper cavendum est, ut secludatur fraus, dolus, & nimia quantitas.

Corporalibus; hoc est, quod pecunia solet estimari. Proinde excusat, qui dant mutuum pro captanda alicuius benevolentia vel amicitia; eò magis, quod per legem remuneratoriam, cui datum est mutuum, ad hujusmodi humanitatis officia obligatus.

Vlera fortis; id est ultra capitale seu pecuniam primariam, quæ præcise fuit data, juxta illud Tencii in Adelphis, *Etsam de forte venio in dubium miser*, id est, de pretio emptionis, tamquam si dicat, tantum abest, ut lucrum sperare possim.

Ex causa mutui. Neque enim aliis contractibus, sed soli mutuo adhæret hoc vitium tamquam scabies cuti, eo quod in solo mutuo tradatur res, cuius usus consistit in abuso seu in consumptione. Et proinde Pont. in d. c. In civitate dicit, quod qui rem vendit majoris quam valer, ob dilatam solutionem in illud temporis, quo ne verisimiliter quidem plus valebit, propriè non sit fœnator, sed aliud peccatum committat, eo quod rem mutuam non det, sed vendat: scire ramen debemus, quod, sicuti mutuum aliud est verum & expressum, aliud tacitum, sic & usura quædam sit propriè dicta, quæ consistit in vero mutuo, quædam tacita seu recta & ut loquuntur, palliata, quando nimis sub praetextu alterius contractus, sive

venditionis & pignoris, sive permutationis, ultra sortem aliquid acquiritur. Idque bifariam eventire potest; interdum quando partes, ut tegant suam inceptiam, tantummodo simulante alium contractum inire, ut in cap. Ad nostram sup. Deenpt. & vendit. ubi Pont. increpat creditores illos, qui sub titulo emptionis usuram tegebant, assertens plus valere debere, quod agitur, quam quod similitate concipitur. interdum vero, quando revera alius quidem contractus initur, & à mutuo specie diversus, sed tam en talis, in quo usuraria mutatio relucet, d. cap. In civitate, d. cap. fin. vers. ille quoque & ibi Glos. ad V. verisimiliter, ubi reprehenditur, qui dabat decem solidos è lege, ut totidem menturas tritici recipere, sed futuro tempore, quando triticum multo pluris valeret.

Principaliter. Hoc addunt aliqui, ut significetur, quod saltem secundariò & velut ex consequenti licet sperare lucrum, dummodò mutuum primariò detur ad amicitiam caprandam, vel similem honestam causam. Quā ratione superiori etiam dictum fuit, quod obsequio vel linguâ non committat simoniam, qui alteri subscrivit vel commendat, ut ipsius benevolentiam promereatur, etiam si minus principaliter beneficium Ecclesiasticum vel aliam rem spiritualem exspectet, uti Glos. docet, adduceas multos canones, in can. Quid proderit 61, diss.

Iure natura prohibita. Quod usura, quæ quantum, & Græc dicitur *τόξος*, id est, partus, quod nummus pariat onummum, jure divino & veteri & novo sit inhibita, per se notum est ex psalmo, Domine quis habitabit, & dicto Redemptoris, apud Lucam cap. 6. Mutuum date, nihil inde spirantes: cuius prior pars est confilii, posterior præcepti. Quod autem etiam jure naturali usura & multò magis anatocismus, ut vocat Cicero lib. 5, ad Attic. Epist. ult. id est, usura usuratarum, si prohibita, post alios probat Covarr. multis rationibus lib. 3, Variar. Reolut. cap. 1, num. 3. Præcipua ratio in eo versatur, quod usus pecunia, aliarumque rerum, quæ mutuam, ut ajuunt, functionem recipiunt, consistat in abuso seu consumptione, & a recte inseparabilis, ideoque seorsim & naturaliter vendi non possit, & quod proinde fiat injuria proximo, qui obstrinatur & ad sortem reddendam & ad fœnus seu fœtum ac fructum ipsius usus, qui contra naturalē separatur a suo subjecto.

Aliud sancte est in constitutione annuorum, ut 13 vocant,

vocant, redditum, quos sacri Canones comprobant in c. 1, & 2 sub tit. De empt. & vendit. in Extra-
vag. communib. cum quod ex parte emptoris non
nudus tantummodo usus præstetur, sed pecunia
tota quanta est transferatur: tum quod ex parte
venditoris, qui pecunia sortem restituere non te-
netur, sed ad libitum vero usui illam applicando,
Id est, rebus commutandis, concurrente industria
honestum quo stum facere potest, redditus veluti
tradatur: quo merx quædam est, & per Pont.
discretè computatur inter bona in mobilia in
Clem. Exiru s. cumque annui redditus sub tit. De verb.
signif.

s. 2 Comminiscitur interim sœnator causas, qui-
bus turpitudinem suam regere studet; tamquam
si ratio id dicter, ut, cui beneficium mutuatæ pecu-
niæ impenditur, vicissim aliquid rependere de-
beat; tamquam si concedendo pecuniam, non
simplicem ipsius usum vendat, sed inter sursum &
commodarem, prelio estimabilem, tam-
quam si pecuniam concedendo sit in causa, ut vi-
cissim sèpè magnum quæstum faciat; tamquam
denique nulli fiat injuria, si debitor, qui rerum
suarum moderator est & arbitrus, ultrò aliquid
pro usu sortis reddat. Sed sufficere ipsi debet,
quod accepto beneficio mutuatarius, juxta di-
ctamen recta rationis, vicissim obligetur ad anti-
dotam seu ad eadem humanitatis officia, l. Sed et s. 2, 5
& consilium D. De petit hered qui non tam sterili pe-
cuniæ sibi concessæ, aut ipsius commoditatæ, quo
tantummodo causa sunt, ut vocant, sine qua non,
quæm suæ industriae acceptum ferre debet, si quid
lucrī accedit. Cujus etiam mutuatarii consensus
sive ultronea oblatio hic nihil potest operari, seu
ex injusto facere justum, utpote qui per nequi-
tiam & improbitatem morosi mutuatoris semper
intelligitur extortus. Ut interim non dicamus,
quod, ut excusatio in peccatis cesseret, iura subve-

niant mutuatori, si justum aliquod interesse vel
damni emergentis vel lucri cessantis honesta ra-
tione prætendere possit, a cap. In civitate & a cap.
fin. vers. ratione hujus dubii h. t.

Superest nunc, ut, quoniam vitium hoc divi-
no ac humano iure ronstat esse prohibitum, cap.
Super eo 4, hoc tit. de pœnis ejusdem obiter aliquid
dicamus. Et quamquam lex civilis haec in parte
frigidior est, quippe quo usuras, si non tamquam
naturæ sua laudabiles, saleem tamquam media
quædam, majoribus malis evitandis subservicio-
ea permittat, l. Placuit D. & l. Eos Cod. De uirjus
ramen Pontificium pro modo & qualitate delicii
varias pœnas introduxit. Nam præterquam
quod usurarii notentur infamia, can. Infames §. Por-
ro xxxvi. q. 7, etiam lege civili, si legitimum mo-
dum excedant, & usuras usurarum exigentibus
infamia macula inuritur, l. Improbum fatus C. sub.
item præterquam quod tam ipsi quâmeorum br-
redes etiam extranei cogantur restituere quo-
stum scelere partim, cap. Tuas nos 9, h. t. & quidem
pauperibus, si non extent, à quibus sœnus accep-
runt, cap. Cum tu s. h. t. Si usurarii sint manifesti, id
est, si sœnus exercitante in vulgo, seu publicè no-
rum, & sacra communione privantur & Ecclesi-
stica sepultura, nisi resipiscant, usuras restituant,
vel saltē pro restituendis cautionem dent ido-
neam, c. Quia in omnibus 3, d. ce Cum tu h. t. c. Quam-
quam cod. in 6, ubi simul prohibetur sub intermis-
sione, ne quisquam eorum oblationem reci-
piat, & consequenter quod restamenta ab iis facti
nullius sint valoris, nisi concurrat restitutio. Ut
interim non omittamus, quod non solum à iure,
sed etiam ab homine seu Juge pœna inflatur,
qui Clericos hujus criminis eos ab officio suspen-
dere potest ac deponere; laicos etiam excommu-
nicare, ut perterriti resipiscant, c. Pratera 7, b. it.
can. Si quis 17, dist.

IN TIT. XX. DE CRIMINE FALSI,

Canis, d. lib. III. tit. 39.

S U M M A R I A.

1. Falsi crimen quis committere dicatur.
2. Quibus modis & à quibus committatur.
3. Pœna falsum committentium.

Crimen falsi committit, qui per dolosam
veritatis imitationem falsum obtrudit, ut

proximum lœdat. Neque omne falsum seu erro
contrarium hic punitur, sed illud dumtarat,
quod dolo malo seu animo corrupte verita-
tis in alterius injuriam committitur, l. Necessa-
rium Cod. Ad L. Corn de falsis.

Committi autem potest varijs modis, dicto,
scripto, facto, vel usu: nam nos solum illi redi-
guuntur hic, qui falsas literas vel instrumenta,